



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 29. Quis possit absolvere ab hæresi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

ne, non excludi à sepultura in loco sacro, nisi hæreticos nominatim excommunicatos, sed, uti notavit Laym., observanda est consuetudo locorum; nullo modo tamen debet Sacerdos Catholicus ad ejusmodi sepulturam concurrere more catholico, adhibendo ceremonias Ecclesiæ, sic enim profiteretur fuisse ovem suam, & ex iudicio Ecclesiæ dignum esse ejusmodi favoribus, suffragiis, orationibus, quod falsum est, & esset causativum scandali gravis in populo Catholicō.

Q. 27. An in locis, ubi adhuc vigeret vetus calendarium, licitum sit festa & jejunia secundum illud obserbare. R^e. Less. V. *festa Ecclesiæ*, cas. 7: putat, si novum calendarium ibi fuerit receptum & lapsu temporis comprobatum, non licere sequi vetus, quia hæretici non possunt legem Ecclesiæ, maxime usu receptam, abrogare, ergo Catholicī, nisi adsit gravis causa excusans, tenebuntur sua festa & jejunia celebrare secundum novum. His contradicit *Veri. a. 21.*, docens posse se conformare stylo locorum, in quibus sunt, idque esse convenientis ad vitandas plurimas confusiones, quæ ex illa difformitate oriuntur; neque hoc est contra mentem Ecclesiæ, quæ novit ita fieri & non contradicit.

Q. 28. An sit obligatio denunciandi hæreticos for- 114 males. R^e. Hoc resolvetur n. 215.

Q. 29. Quis possit absolvere ab hæresi. R^e. Hoc dicitur de pœni:, quando agetur de casibus referbatis.

De libris hæreticis dicemus l. 7., quando de excommunicatione.

T R A.